DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-PRACTICA SISTENS...

Joh. Ed Feldmann



Das menschliche Herz ist wie die hohe See unergründlich, es hat seine Tiefen und Höhen, seine Klippen und Sandbänke. Seine moralischen und physischen Verirrungen sind noch ein mystisches Problem, Jahrhunderte werden in die Ewigkeit verrauschen, ehe es gelöset seyn wird; darum ist sein Studium jedem ächten Menschen Bedürfniß und Pflicht.

Fenelon.

MAGNIFICO

PERILLUSTRI AC SPECTABILI

VIRO

ALOYSIO FIEDLER,

MEDICINAE DOCTORI, C. R. AD TENTAMINA PUBLICA DELEGATO INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE VINDOBONENSIS, DECANO EMERITO, CELEBERRIMAE AC ANTIQUISSIMAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS QUONDAM RECTORI MAGNIFICO

etc. etc.

VIRO

SCIENTIA, HUMANITATE, BENEVOLENTIA INSIGNI

ET OPTIME DE SE MERITO

DEVOTA MENTE VENERANDO HASCE

LITERARUM ACADEMICARUM PRIMITIAS

IN

SINGULIS OBSERVANTIAE TESSERAM AC PERENNE

GRATISSIMI ANIMI MONUMENTUM

OFFERT ET DEDICAT

DEVINCTISSIMUS

EDUARDUS FELDMANN.

Proemium.

Gravi studiorum curriculo ax lege finito, artis medicse thesaurum opulentissimum considerando aequiparandoque, cum meis eheu tenellis viribus animns haesit, quid pro dissertationis argumento seligerem. Conspectnm adfectionum cordis morbosarum breviter exponere a longo tempore mihi arisit. Argumentum pergrave quidem pro me tirone; ast nbi animus se promptus praebet, tentare licet vires. Cor nobilissimum est totius organismi humani organon; jam a prima hora ubi hujusce visceris momentosissimi notio anatomica me patuit, omnem in se attentionem meam rapuit, quae Physiologiae et Pathologiae face praelucente clarior facta est. Illo tempore vero, ubi clinicum sub auspiciis Celeb. summe venerandi Consiliarii Nobilis a Raimann, et ingeniosissimi a Hildenbrand omni amora et omni cum industria

frequentassem, propositum meum hoc argumentum pro dissertatione seligere, adaugebatur.

Perscrutabar omnia, quae circa cordis adfectiones morbosas conscripta sunt, classica quae inveni in systema aliquod logicum redacta vobis lectoribus benevolentibus praebeo. Benignis igitur accipiatis oculis opusculum immaturum, qua primitias studiorum meorum; quod, si tempus et vires mihi concedant expoliturus sum.

Vindobonae 10. May 1831.

Auctor.

Notiones generales.

Morbosa cordis adfectio vocatur c a r d i o g m u s.
(Herzübel, Herzkrankheit.)

Morbi cordis dividuntur in *dynamicos* et *organicos*; haec generalis divisio suas iterum habet species. Circa momenta diagnostica et aetiologica sequentia generatim memoranda veniunt.

Adfectiones cordis morbosae originem ducunt ex constitutione propria adnata vel adquisita; vulnera pectoris, pericardii, et cordis, illius camerae, vasorumque magnorum; onera pectori aut capiti imposita, cursus extravagantes, vociferatio protracta, morbi retropulsi, et quidem exanthemata et impetigines, maximum exercent influxum in progenerandis et producendis morbis cordis. Haec momenta aetiologica, quae hic generatim memorantur; ubi de speciebus vero morborum cordis loquar specialiter tractabo. Cardiogmi nonnulli periodici sunt, nonnulli remittentes, alii iterum intermittentes. Dum aeger quietem observat aliqua phoenomena cardiogmi evanescunt, solummodo respiratio brevis et anxia, circulus exagitatus, pulsu frequenti magno et citato cognoscendus, perstant; quidquid autem cordis functiones aut processum pulmonum vitalem exorbitat haec phoenomena quoqua exasperat; hinc in foeminis praecipue hystericis, aut

in viris hypochondria detentis, animi pathemata qua momenta psychics pergravia, phoenomena ista morboaa exasperant; quo magis homo qui cardiogmo laborat setate provectus est, quo plus illins temperamentum se qua temperatum et phlegmaticum praebet, eo minus circa aegrum periculum versatur; quo junior contra infelix aeger est hisca morbosis adfectionibus laborans, quo magis illius temperamentum fervidum aut melancholicum se manifestat eo gravior est ipse morbus, et eo vehementiora sunt pericula, quibus aeger expositus est.

Symptomata summe generalia quae fere omnibus cardiogmis conveniunt vel initio vel in decursu sequentem exhibent imaginem.

Praecedunt plerumque inquietudo, tristitia, in nonnullis moeror, fletus, animus in iram pronus, delassatio lipothymia, congestiones erga caput. Oculi fulgent, genae rubent; frons calet, percipiuntur vertigo, cephalaea, susurrus aurium, et saepissime ab aegris accusatur, somnus somniis extravagantibus fugatus, aut vera agrypnia. Vox ranca et profunda sensus tensionis in laryngan accusatur, dysphagia nonnullos per dies aliquot vexat, et plerumque in foeminis nunc frigus alternat cum calore, facies coloris lividi, imo nonnunquam totum corpus eundem ostendit colorem. Dolores vagantes modo in extremitatibus superioribus, modo in inferioribus, in regione cordis, pectoris, levis intumescantia hepatis, ventriculi et lienis observantur. Respiratio brevis anxia et interrupta est, quaa molestiae augentur, loquela, vociferatione protracta, vectione rhedae, scalarum ascensu; adest cardiopalmus intensus, qui in multis lipothymism post se trahit, aeger in lecto neque in dextro neque in sinistro latere absque hisce symptomatibus decumbere valet. Amant plerum-

que in tergo jacere, pectora elevato, non abest tussis ab initio sicca postea cum sputis mucososerosis sanguine striatis; haecce tussis ab auctoribus tussis *cardiaca* nuncupatur, simul cum tussi anhelitus et sibillus in seria phoenomenorum pulmonum adparent, suffocationis periculum post sa trahentes. Pulsus citatus irregularis magnus, aut suppressus et parvus tangitur, ante omnia excellunt gravia symptomata in organo morboso ipso, pulsatio vehemens cordis ipsius ab aegro et medici manu exploranda et visu percipienda. Cum hac pulsatione sensus pressionis gravadinis, anxietatis, caloris excedentis in scrobiculo cordis aegrum edocent mali fomitem, radicare in praenobili organismi humani viscere.

Cardiogmi sunt vel *veri* si morbosa adfectio collocata est in corde ipso aut in illins pericardio; vel cardiogmi sunt *spurii pseudo cardiogmi*, ubi laesa cordis functio, causam in aliarum partium adfectione morbosa invenit.

Hos subdividere solent in:

Pseudocardiogmum compressorium, ubi vitia organica aliorum organorum pressione mechanica functiones cordis perturbant.

P. collarem, ubi tumores in glandulis colli in larynge in venis jugularibus cardiopalmum causant.

P. pectoralem, ubi morbosae adfectiones pectoris, cor morbosum reddunt.

P. abdominalem, plerumque infarctus hepatis lienis glandularum mesaraicarum atc. huncce cordis morbum in lucem provocant.

P. sympathicus, vocatur illa morbosa cordis adfectio cujus fomes in aliis visceribus organismi radicatur e. g. in capite, in pectore, aut in utero, vel erethismus est, qui in omnibus functionis organismi se

manifestans, producendis hisce malis par habetur. Haecce species cardiogmi in foeminis gravidis, in puellis chloroticis et in viris hypochondria vexatis saepe saepiusque occurrit.

Morbi dynamici cordis.

A. Inflammationes.

a) *Pericarditis.*

Velamentum cordis potentiis nocivis inflammatum, malum quod raro quidem per se absque cordis phlogosi occurrit, ab auctoribus nomine *Pericarditis* insignitur.

Diagnosis.

Morbus cum febri sat valida, characteris sthenici originem capit, huic se associant sequentia symptomata essentialia. In regione cordis adcusantur ab aegris calor excedens, sensus ardoris, gravitatis aut pressionis, dolores ibidem pungentes, lacerantes, fixi constantes, cardiopalmus vehemens irregularis palpitans, summam post se trahens anxietatem; pulsatio cordis et vasorum magnorum, pulsus modo duri, citati irregulares modo suppressi tanguntur, singultus, inquietudo summa; aphonia, aut vox pipiens, lipothymiae frequentes; situs in regione dorsali denegatus frigus cum calore alternans in extremitatibus. Ast non diu malum per se solum manet, nam per nexum organium, sympathicum et vitalem quae locum habent, inter velamentum cordis et ipsud cor, hoc quoque organon in sphaeram inflamationis suscipitur. Oritur deinde malum summe periculosum sicuti est.

b) *Carditis.*

Morbum antecellit per diem nonnunquam febris sat valida, frigore excessivo et calore insigni alternantibus, siti inexplebili, pulsu forti, fraquente irregulari, cephalaea, rubore genarum, oculis splendicantibus, inflammatis; inquietudo et anxietas summa; nocte insequenta, inflammatio cordis ipsa cum suis symptomatibus manifestatur. Dolor sub sterno incipit ab initio obtusus, mox fit pungens, et magis magisque in cordis regione ipsa adcusatur ab aegro, totumque pectus doloribus angustatum adparet; facies ab initio tumescens, anxietatem et dolorem ostendit, mox rubescens mox pallida apparet, oculi splendidi nunc lacrimis subfusi, mox vitrei et fera clausi observantur. Summa fit inquietudo aegri, qui se jactat a loco ad locum, modo adtrahit pedes modo se extendit in lecto, et nullibi solatium ipsi fit in maximo dolore. Respiratio brevis citata, spasmis retenta mox abdominalis fit, gemitu conjuncta absque tussi, serius tussis instat frequentior sicca et deglutitio denegatur. Pulsatio cordis ab initio statim vehemens et citata sed regularis. 2da aut 3tia Die a vehementia multum amittit et nonnunquam plane cor tam silenti modo pulsat ut cessare videatur. Pulsus nunc duri suppressi apparent tempore vespertino magni pleni irregularesque; sub singulis insultibus parvi tanguntur. Omnis motus cordis dolorosus est, ac si vulneratum essat. Singultus quotidie bis aut plurias instant, adeo vehementia excedentes ut aeger lipothymia graviori semper post singulum insultum detineatur. Pressio in regione cordis adplicata malum mitigare videtur. Sub stetoscopio pulsationes cordis inordinatae, et frequentes percipiuntur. Nonnunquam cum carditida symptomata gastritidis conjuncta

sunt, hinc vomitus materiae mucosae viridis, sensus doloris pungentis adcusatur ab aegro in regione ventriculi. Si cor et pericardium phlogosibus laborant pro signo diagnostico summi momenti est, scire *dolorem* perstare in ragione pectoris sinistra sola; si substantia cordis inflammata est, malum apud auctores sub nomine *Carditidis parenchimaticae* occurit. Quando autem membrana interna cordis phlogosi correpta est, insequitur *carditis membranosa interna.* Si vero superficies externa hoc malo laborat, vocant *carditidem membranosam externam.* Et, si cor et paricardium inflamata sunt, *Cardipericarditis* vocatur, morbus summe insidiosus, post paucas boras letbalem exitum post se trahens. Arteriarum magnarum inflammatio nuncupatur *Artaritis pectaralis-Aartitis.* Si venae pectoris magnae inflamatae sunt: *Plebitis pactoralis* ab auctoribus nuncupatur.

Carditis dividitur in:

1. *Substantivam* carditidem ubi causa occasionalis in cor ipsud egerat, et morbum produxit.

2. *Symptomaticam,* ubi malum reflexio alterius adfectionis morbosae est, sic e. g. in vehemente pneumonia carditis nonnunquam symptomatica, exoritur.

3. *Primariam et secundariam,* qualis est *carditis metastatica,* quae sequitur exanthema aut arthritidem repressam ubi, *Carditis arthritica* vocatur.

4. *Acutam,* ubi dolores excedunt vebementia et extensione, fabrisque characteris activi est, imaginem purissimae synochaa exhibens, sic plerumque vulnera graviora sequitur; si hoc malum diu durat aut perverse tractatur oritur carditis, quae vocatur

5. *Carditis chronica.* Plerumque sequela est malorum organicorum cordis, aut vasorum magnorum, aut acuta infeliciter superacta adparet. Amant plerum-

que decursum lentum, cujus symptomata sequentem exhibent medico practico imaginem. Sicoti in carditide ecuta, sed vehementiae et extensitate mitigate enxietas et inquietudo vexent infelicem aegrom, edest seosus pressionis et doloris in regione cordis, et dolores perstant pongentes, fixi, constantes, praesertim post decubitum in latue sinistrum, post pastum, spirituosorum usom, animi pathemeta excitantia, sicuti irem, gandium, et spem (qua talia habenda) multum adangentur. Pulsationes cordis, sub omni respectu frequentiores et majoris extensitetis sunt. Febris nonnunquam nulle adest, et aeger extra lectum ambulare valet.

Porro dividunt carditidem 1) in *phlegmonosam*; 2) *rheumaticam*; 3) *simplicem* et *compositam*; 4) et in *complicatam*; quae denominationes indolem suam jam per se involvunt.

B. Cachexiae.

Hydrops pericardii, Hydropericordia. (Die Wassersucht des Herzbeutels.)

Morbus hicce frequentissime occurrit, cum hydrope pulmonum quam maxime conjunctus, symptomata sua quae succincte morbi lethalis imaginem repraesentant sequentia sunt: Sensus permagnae enxietatis, praecipue si aeger conatur motus instituere et vult in latere dextro decumbere. Pressionis sensus et gravitetis in regione cordis, sensus contrectionis in corde ipso, ut ac si in fluido quodam nataret, pulsatio cordis et motus tremulos hujus organi; insultus pericardici lipothimiae cum suffocationis metu, facies livida tumida, tossis brevis sicca, pulsus irregulares, accelerati nonnunquam pervi, retardati, molles, in genere simulantes, medico se repraesentant. Congestiones versus encephalon,

susurrus aurium, vertigo, pulsatio arteriarum fortior, sitis modica, urinae parcae.

Morbus iste qua malum primarium apparet, rarissime simplex, nonnunquam celerrime percurrit, nunc iterum lentum amat decursum; timendum est hocce malum si carditis apparatu antiphlogistico nobiliori, perverse tractata est; aut neglecta non in initio statim in summa sua extensione adhibebatur. Hisce symptomatibus prius recensitis morbus nonnunquam diu perdurat, et aegri periodos habent, ubi morbus mitigatus apparet; sed aëre humido malum denuo exasperatur, anxietas et sensus oppressionis augentur, tumores partium cordis vicinarum increscunt; noctes sunt intolerabiles, totum corpus hydropice magis magisque intumescit; febris hectica evolvitur, sensus ardoris in pectore augetur, sudores colliquativi, diarrhoea purulenta apparent, aeger valet in situ erecto se retinere, vel in unum alterumque latus miserum statum tollerare, tussis nunc frequentior cum sputis purulentis, sanguine striatis, foetentibus et lipothymiae miserum suscipiunt ab hora in boram, donec vel apoplexia, vel suffocatio, tristem morbi scenam claudit cum suis phoenomenis nulla arte superandis.

C. Nevroses.

Cardiopalmus, palpitatio cordis. (Herzklopfen.)

Cardiopalmus grave cordis adfecti signum, debet distingui in:

1. *Pulsationem cardiacam* (Herzklopfen.)
2. *Palpitationem cordis* (Herzpochen.)
3. *Trepidationem cordis* (Herzzappeln.)

1. *De pulsatione cardiaca.* Pulsatio cardiaca est motus cordis abnormis sensibus, auditus et tactus, perci-

piendus. In comparatione cum pulsu cordis, qui in conditione normali vix auditur et percipitur rythmum excedit.

Haec sensatio semper percipitur in regione cordis, sub stetoscopio pulsationes intensitate et extensione adauctae apparent.

Pulsatio cardiaca vel est *sympathica*, haec dependet a propria abnormi adfectione systematis vasorum et nervorum, et quamvis motus vivax est, attamen non turbulentus, semperque hicce motus qua regularis apparet; absque sensatione molestiore et anxietate magna. Concordat cum pulsu qui semper irregularis modo magnus, modo parvus, aut intermittens tangitur. Ista pulsatio dependet plerumque a causis transitoriis, hinc etiam *pulsatio cardiaca transitoria* vocanda.

Pulsatio cardiaca, quae *mechanica* sive *localis* vocatur, plerumque a vitiis organicis localibus dependet; sensationes dolorificas anxias excitat, semper irregularis impetuosa et continua est, non concordat cum pulsu, certi motus corporis illam excitant; alii ameliorant. Si pulsatio cardiaca localis associata est *inflammationi*, deinde semper cum dolore conjuncta procedit. Si cum *spasmis* connexa est, deinde facile intermittentem amat typum, in *malis organicis*, qua morbus chronicus se representat.

In *cardiogmis* ubi abnormis cordis sensatio se prodit, pulsationem plerumque observamus, propriam excitantem, sentationem morbosam, summam anxietatem, vertigionem, tremorem artuum, et lypothymiam. Haec omnia sub quiete corporis remittunt, sub ascensu autem scalarum, functionibus sexualibus exercitis, sub situ laterali, sub influxu animi pathematum deprimentium et excitantium adaugentur.

2. *Pulsatio cordis palpitans*, sive palpitatio cor-

dis nihil aliud est nisi adaucta pulsatio vi singulari cordis, quae ita respectu temporis et loci deviat a rythmo normali, ut ipsas costas nonnunquam in ambitu majori elevet; aliquando cor quiescere adparet, ast modo vi intensiva adaucta pulsat, et pulsus caeteros cordis irregulares reddit.

5. *Pulsatio cordis trepidans*, sive cordis trepidatio, in hoc malo gravissimo, pulsatio cordis abnormis apparet, quoad vim, celeritatem et rythmum regularem. Est hoc symptoma non propria cordis pulsatio, cor nun sursum et deorsum se movet, sed lateralem emat irregularem, aut trepidantem motum, imo aliquando cor vibrare videtur, quod anctoribus etiam *vibratio cordis* vocatur; aut pulsationes nonnunquam silent, hine *asphixia cordis*; alias iterum sub qualibet systole cordis stridorem aut susurrum percipiunt aegri, hinc *stridor cordis oritur*; vel cor tremorem excitara videtur sub pulsationibus inde *tremor cordis*, *Cardiotromos*, (Herzzittern) nominatur.

Haec omnia sunt mala cordis, quae apud auctores et medicos practicos, sub titulo *nevrosium* comprehenduntur; nunc ad mala cordis organica transeo.

Morbi organici cordis.

Aneurysma cordis, vasorumque magnorum.

Lente oritur hncce malum, quod non solommodo ad cor restringitur, sed et ad vasa illius majora sicuti aorta, et vena pulmonalis sunt reflectitur, et symptomata aneurysmatum horum vasorum confluunt cum signis morbosis ejusdem adfectionis morbosae cordis ipsius, ideo omnia quae de cordis aneurysmate speciatim raferuntur, non indiscriminatim de hoc solo mor-

bo valent. Exoritur vero saepe cum doloribus vagantibus a collo incipientibus ed, extremitates decurrentibus. Adest pulsatio quae percipitur in pectore simul cum illis doloribus vagantibus, cum hac deinde sensatio dolorifica constringens, quae a scrobiculo cordis incipiens, ad collum et claviculas extenditur. Nonnunquam et antibrachia vexantur, hisque symptomatibus morbosis adsociantur adhuc vertigo, cephalaea, congestiones versus encephalon, facies livida, somnus somniis terebilibus interruptus, phantasmagoria. Paulo post pulsatio cordis sat vehemens percipitur, sensus ardoris in regione cordis, anxietas summa, tussis suffocativa; tales insultus quo longius morbus durat eo frequentiores exardescunt. Sub quiete in situ dorsali pulsatio multo minor persentitur, pulsus fortes pleni tanguntur, insultus dein quottidie reiterantur, et sub fine lethali pluribus vicibus vexant miserum una die.

Haec sunt symptomata summa generalia aneurysmatis pectoris (Erweiterung des Herzens.)

Speciatim hic memoranda veniunt:

Dilatatio cordis, Cardieurysma, (Erweiterung der Herzhöhlen.)

Nonnunquam adeo ventriculi cordis extenduntur, ut fere triplicem in se contineant ambitum cordis consveti. *Pulsatio* et *sensatio* dolorifica etiam in hac cordis adfectione in corde ipso incipit. Mox vero a sphaera mali symptomata morbosa in omnem directionem sese extendunt; respiratio anxia citata, thorax haeret, pulsatio cordis et palpitatio proeminent aeger fluidum liquidum aliquod calidum in corde movere refert aliis, quod fluidum silente paroxismo iterum defluere narrat. Trepidans pulsatio persentitur circa finem cujuslibet insultus, et aeger sentit sensum ac si plures cordes

possideret; aliquando ille haemoptieus fit, et sub tussi fere convulsiva sanguinem laete rubentem ejicit.

Si autem aneurysma in aorta, aut in vena pulmonali adest, prioribus sequentia sana adsociant symptomata; palpitatio cordis magis magisque angetur, et ipsa pulsatio adeo vehemens percipitur ut integumenta circa aegrum et illius membra adtollit. Incohoanta insultu symptomata encephalitidis in conspectum veniunt, pulsant carotides, sub stetoscopio percipiuntur magnae pulsationes quam maxima in regione cordis ipsa, sibillus ventriculorum percipitur, sub quiete pulsus mollis, undosus, debilis, nonnunquam parvus et regularis, si non aorta simul cum corde hoc malo laborat; tussicula saepe cum sputis cruentis, lipothymiaeque frequentiores instant. Sub stetoscopio percipiuntur pulsationes cordis fortiores sub clavicula, at in regione axillari, quam in scrobiculo cordis, contractionesque ventriculorum sunt sonorae; haec ultima symptomata, tunc praecipue caput extollunt si aneurysma cordis *passivum* est. (Erweiterung mit Verdünnung). Si totum cor dilatatum est, pro signo diagnostico valet quod pulsatio per totum pectoris ambitum persentietur. Symptomata morbosa aliquando adeo variant, ut morbi diagnosis valde ambigne statueretur, praesertim si dextrum ventriculum tenuius redditur, et sinistrum induratur.

Aneurysmata interna quandoque raro quidem sed tamen et externa fiunt, ossa taba topica destruendo, in conspectum veniunt. Clarissimus mediens practicus Magnificus Fiedler singulari humanitate casum observandi mihi nuperrime occasionem praebuit, cujus hic memorari mibi licitum sit.

Aneurysma aortae ascendentis in viro 51 annorum, mense Januarii h. a. dolore ad sternum, per 3—4 sep-

timanas premente, pungente, urente et fortiter pulsante se prodens, sub initio Februarii externe quoque in loco designato nempe sterno magnitudine nucis avellanae apparebat, et per sequentes 6—7 septimanas ad illam capitis infantilis increscebat; sicque aneurysma in penetralia interna sese excludens, illius ruptura mira et celerrima ratione vitae miserae finem imposuit.

In Sectione cadaveris invenimus tumorem ab aorta ascendante formatum jam collapsum, interne ad regionem axillarem et scrobiculam cordis usque sese extendentem, externe in regione sterni vidimus sub pressione in illius circumferentia, foramen magnitudinis imperialis magni, et resolutis tegumentis externis, serratisque costis, claviculaque dextri sinistrique lateris reposita, serum sanguinis circa libram defluens conspeximus, praeterea magnam quantitatem coaguli in ipso pectore; reposita nunc pariete anteriore pectoris, saccum aneurysmatis ruptum, adhuc sanguine coagulato et parvis particulis osseis impletum tetigimus.

Partes degeneratae simul cum corde Musaeo pathologico tradebantur; historia vero totius morbi, exactius et fusius suo tempora elaborabitur.

Coarctationes aurium cordis, et illius vasorum.

Insultus hujus mali summi periculosi repente invadunt aegrum. Pulsatio cordis est vehemens omni motu adaugenda, cardiopalmus permagnus chyanosis, tussis cum sputis cruentis, epistaxis. Pedetentim increscunt sensus pressivi in regione cordis, lipothymia suscipit lipothymiam. Quando ventriculum cordis sinistrum morbo laborat omnia symptomata essentialia

cordis in latere sinistro percipiuntur; sensus plenitudinis ardoris, pulsatio irregularis, praesertim in manu sinistra irregularis tangitur pulsus, undosi, nunnunquam magni. Si *aorta coarctata est*, deinde omnia symptomata quae aortae affectioni murbosae conveniunt medico se repraesentant, sic pulsatio curdis frequentior, fortior, pulsus magis irregularis. Murbus vero, qui radicem iu auricula dextra figerat, tunc omnia haec symptomata enarrata in hac parte provocat valvulis ooarctatis, sub quieto tunc modica, sub paroxismo autam irregularis, turbulenta, observatur actio cordis ot pulmonum. Et quando valvulae mitrales coarctatae sunt et illarum coarctatio excedit percipiuntur motus tromuli, susurrus et sonus quam catuli edunt; sub stetoscopio quod hic summi momenti esse dicitur pro medico practico, sonus longius amat tempus, quam in statu sano.

Ad vitia porro organica pertinent adhuc sequentia; primo loquar de, *Ruptura cordis* (Cardiorrhexis) vocata. Hoc malum invenitur in hominibus, qui dilatationem cordis passi sunt. Quod fit plerumque oneribus gravioribus capiti impositis; animi pathematibus deprimentibus diu homines adfligantibus uti sunt, metus, ira, timor, etiam intinera per pedes longius continuata, hocce malum prodere valent. Eo autem mumento, ubi miser rupturam cordis patitur, sequitur facies hyppocratica, conscientia deletur; si veutriculus dexter, rumpitur pulsus magnus et regulares tanguntur. Nonnunquam effectus tam cito non est lethalis, et sanguis pedetentim fluit in pericardium, cui dulor ubtusus subsequitur, sensus pressionis sub sterno adest, suma anxietas observatur, et pulsus irregularis tangitur. Eaedem sunt sequelae, si aurta rumpitur, quod post aneurysmata ocurrere sulet. Eadem

sunt quoque symptomata in cordis vulneribus, semper vulnera incompleta ratione aperiuntur, respiratio ob acumulatum sanguinem sterterosa, abdominalis, observatur. Aliquando iterum fit, ut partes tendinosae cordis vulneratione laedantur, cui statim insequuntur inquietudo, summa anxietas, aeger non valet sedere aut jacere, dolor utique in loco cordis ubi vulnus adfictum est, sed absque symptomatibus inflammationis verae cordis, absque tussi cum sputis cruentis, quae sputa in majore laesione cordis semper observantur; pulsus parvus et durus tangitur, pulsatio cordis permagna et fortis, mox oedemata, metusque suffocationis aegrum cruciant; et sub deliriis miser vitae fungitur.

Aliud vitium organicum cordis est, *concretio cordis cum pericardio*; quandu concretio simplex est, symptomata minoris sunt gradus; sed si illa completa est, deinde pulsatio cordis vehemens observatur, et majoris extensionis est, ac in quolibet cordis vitio, sensibus externis visu et auditu haecce pulsatio percipienda.

Sub qualibet systole thorax vehementer concutitur et si sub diastola manus cor tangit, ictum non adeo levem percipit illud instrumentum. Aeger multum et summa velocitate loquitur, et sub loquela sibi pro momento dolor, dolores trahentes adsunt in regione cordis et ventriculi, ab initio summa anxietas et desperatio; ubi pulsatio valde exorbitata est, pulsus irregularis, tremuli tanguntur, faciesque livida apparet.

Etiam *tumores*, *excrescentiae* in corda ipso, in pericardio, aut in vasis majoribus tactu inveniuntur, quae vitia occurrunt plerumque, in individuis cachecticis, luem veneream perpessis. Nonnunquam in dispositis obesitas pectoralis simplex observatur; *tu-*

mores praecedit plerumque *carditis* palpitatio cordis, pulsatio irregularis. *Polypum cordis* annunciant omnia symptomata concretionis cordis, sensus dolorificus in illo, sensus pressionis, cardiopalmus excedens pulsatio permagna et summa inquietudo cum anxietate etc.

Polypus verus productum transudationis est. Per ligamenta cum vicinis partibus connectitur, nonnunquam variam exhibet formam, modo albus, flavus, modo lardaceus, modo carnosus, modo mollis, modo durus; modo sanguinolentus, modo hydaditibus concretus. Haec omnia sectiones cadaverum nos edocent.

Polypus spurius, nihil aliud est nisi sanguis coagulatus massam aliquam organicam simulans, plerumque in ventriculis et vasis majoribus observandus, modo sanguinis colorem laeta rubrum ostendens; modo membrana cartilaginea obductus. Plerumque exoritur sub morte vel ante mortem, sed saepe post illam, et fere in omnibus invenitur cadaveribus qua productum resolutionis.

I. Aetiologia, Prognosis, et Therapia inflammationum cordis.

Omnes causae occasionales quae carditidem producunt, etiam genesi pericarditidis summopere favent; nam intimus nexus organicus et vitalis, qualis est inter pericardium et organon centrale uti cor, hoc jam per se clarum reddit. Secundum sententiam immortalis a Kreysig, ibi carditis oritur, ubi synocha cum frequenti pulsatione cordis et arteriarum occurrit, ubi respiratio normam valde excedit, ubi aestus, sensus summe anxietatis et inquietudinis aegrum vexant, vel ubi in morbo febrili statim ab initio adspectus aegri e

physiognomia quae ipsi sano convenit a rythmo normali aberrat.

Omnes causae occasionales, quae generatim inflammationem producendae pares sunt, et carditidem progenerare valent; a. g. omnes vulnerationes per res mechanicas inductae, vel cordi, illa a pericardio, pectore, aut costis retrogressis.

Summa auxietas qualis oritur sub influxu maligno animi pathematum deprimentium, timora, poenitentia, ira. Narratur a celeberrimo Zimmermann quod in Polonia in carcere reclusis, a decem, sex carditida laborabant ex summa anxietate.

Refert classicus. Historiographus inter illos homines, qui cum servitio navali (Galeeren) castigantur, plerumque antequam judicium latum est a judicibus, plures carditide laborare, nam timent morti capitis damnari. Videmus quantum et qualem influxum animi pathemata in vitam somaticam et psychicam exerceant, qui quondam olarius perspectus, et sicuti sanitatem conservat, vitamque hilarem facit, sic at homines disponit ad morbos.

Porro producunt carditidem *exanthemata retropulsa*, hoemorrhagiae praecocius suppressae, sudores in consuetudinem sanitatis jam cessantes retropulsi, diathesis peculiaris scrophulosa, aut arthritica etc.

Quoad prophetiam medicam circa huncce morbum, imaginem ipsius morbi lectoribus repraesentatum descidero, unde periculum summum quod circa aegrum hocce malo tentatum versatur, quam maxime illis elucebit. Est carditis morbus qui citissime stadia absolvere amat, qui omni nonnunquam ex parte medici oppositae medelae pertinaciter resisteus, infaustum exitum eligere festinat.

Nam in corde ubi fomes vitae radicatur, conces-

eum esset medico nonnunquam morbum superare, attamen mala posthuma, sicuti concretio, induratio atriorum, vasorum magnorum, valvularum, *phtisis cardiaca*, *hyrocardia* timenda, et difficillime devincenda sunt.

Resolutio si sequatur, semper die 7ma 14a aut 21ma medico illam salutare licet. Sub tali decursu febris et inflammatio recedunt vehementia et extensitate, evacuationesque criticae per sudoras et urinas faustum parant exitum. Inter morbos posthumos, in quos quem maxime carditis transire amat concretio occurit, vel atriorum vel camerae cordis ipsius, vel pericardis cum toto corde, vel solummodo cum atriis, vel tandem cum basi. Hoc novo malo exorto, gravissima in lucem provocantur symptomata morbosa.

Methodo antiphlogistico generosiori quam opus esset adhibito, aut aegri viribus jam ante morbum valde debilitatis, aut turbata crisi per sudores, *hydrocardia* qua carditidis sequela observatur. Rarissime vero superatio a practicis refertur.

Therapia sicuti in omnibus inflammatoriis adfectionibus, methodum sibi exposcit antiphlogisticam, generosiorem, morbi naturae, formae, gradui, stadio, et aegri sexui, temperamento, dispositioni et influxibus, sub quibus versatur cosmicis, tempestati, annique tempori, nec non genio epidemico, summe omnique ex parte conveniens.

Venaesectiones primum locum hic occupant, et quidem largiori manu, praesertim ab initio ubi tali ratione et aegri viribus parcitur. Cum venaesectionibus et remedia interna antiphlogistica diapnoica et emollientia, cum solventibus combinata conjungi oportet. Hinc *sales medii* et *neutri*, *Nitrum*, *Cremor tartari*, *Sal amarus*, *Carbonas Magnesiae*, *Sulfas*

Magnesiae, Decocta ex radicibus *Gramminis*, *Altheae* etc. *Oxymel* simplex, *Syrupus Rubi Idei* optime qua corrigautia, fervorem et turgorem in organismo praesentes, sedantia, cum nominatis remediis conjunguntur. Cum hisce remediis auemata ex aqua toepida cum oleo aut pauxillo salis adhibeuda suut.

Tali ratioue omnibus, quae ratio ex experieutia edplicare auadent adplicatis, si sors contingat medicus morbum gravissimum superare studebit.

Si morbus uou genuinus est, si evacuatioues criticae suppressae, causae sunt, has remediis adeequatis revocare prima erit indicatio.

Repressis vero exanthematibus, aut impetiginibus praecocius sanatis, in proguosi borum malurum locata est sors aegri. Medicus victor de murbo et si aeger in recouvalescentiae stadio versetur, caute deiu ab illo evitaudae sunt omnes causae occasionales, quae morbi genesi favent; huc referuntur omuia momenta, quae sub titulo aetiologiae recensui. Nuuc et viribus debilitatis succurrere medici et aegri officium, quod remediis tonico-solventibus, diaeta, congruente, et regimine animi homogeneo acquiritur. Summa attentio ex parte medici iu regimen animi vertenda est; uam saapissime animi pathematibus deprimentibus aut exorbitantibus, malum jam superatum, uova ratioue extollere caput observaut practici; ex parte aegri nisus medici in psychicam ouram, optime illius religione et ratioue suffulcitur.

II. Aetiologia, Prognosis et Therapia cachexiarum cordis, et in specie Hydrocardiae.

Hydrocardiam provocare valeut omues causae occasiouales, quae exhalationem, resorptioua excedeutem redduut; tales sunt:

90v

a) Suppressio transpirationis cutaneae, praesertim in pectore et in regione axillari.

b) Suppressio uriuae fluxus, diabetis melites, diarrhae chronicae, blenorrheae etc.

c) Plethora universalis, et suppressio excretionum in salutem hominis jam cedentinm. Catameniis retropulsis, frigore, aut animi pathematum iminutis, fluxu haemorrhoidali suppresso; nonnunquam ulceribus diu durantibus sanatis, praesertim in pectora iu brachiis, hydracardiam oriri observarunt madici practici.

d) Metastaticae originis observatur quoque hydrocardia, impetiginibus aut exauthematibus uti: variolis, morbillis, scarlatina, rubeolis etc. regressis, aut iu stadio axsiccationis sudore fugato inflammatiouis pericardii, cordis, plaurae, pulmonum, et phlogoses in organis a centrali organo remotis reflectuntur in cor, at malum pusthumum hydropem paricardii raliuquunt.

Magnam dispositionem ad huncca morbum ostenduut juvenes et puellae circa aetatem pubertatis versantes, sexua foemineus, ob praevaleutem actionem vitalem, in systemate lymphatico.

Ad causas mere exoitautes pertiuent aer humidus frigidus, domicilia tali atmosphaera impleta, victus corruptus, vita sedentaria, animi pathemata deprimentia, jactura humorum uobilium, per sanguinem et sudores, praecipue abusus remediorum purgantium, indurationes organorum assimilationi dedicatorum; ubi tampore inflammationes chronicae oriantur, et earum sequelae soperatio praesertim hepatis et lienis.

Circa proguosim referenda veniunt: aeger sauitatem ex hoc morbo recuperabit, quando morbus non est gradus altioris, et illius vires non penitus exhanstae, si duratio morbi non perlonga, si ex parte medici omnia conferuntur ad reservaudam pristinam sa-

nitatem quae summopere necessaria sunt, vel si racto tempore punctura adhiberetur, quod in pluribus casibus, rebus fera omnibus conclamatis fit in perniciem aegri.

Hidrucardia amat transire in cachexias varias, et plerumque iu tabes et phtyses.

Respiratiu bravis citata, tussis sicca brevis circutua agitatus in hydrocardia, infaustum praeparant aegro exitum; hyrocardia quae uriginam repetit ex aneurysmatibus ossificatioúibus ab scirrho insanabilis est.

Deliria, vertigo, sitis inexplebilis at petachiaa instautem indicant mortem.

Circa therapiam commemorauda huc veuiunt; si hydrocardia characteris activi est, qua sequela mali inflammatorii consideranda venit, hic adhuc methodus antiphlogistica naturaa origiui et gradui morbi conveniens adhibandus erit, hiuc *Nitrum*, *Cremor tartari*, *Digitalis*, *Calomel*, *Scilla*, *vesicantia ad pectus*, *nucham*, *et suras cum decoctis Ononidis Gramminis*, *Taraxici etc.* adplicanda sunt.

Et quando hisca remadiis adhibitis, urinae copiosae fiunt, pectoris symptomata morbosa imminuuntur prognosis certe faustior statuenda erit.

Nonnunquam diagnosi respectu loci ubi aqua accumulata est, certiore reddita, paracauthesis optimum sistit remedium.

Hydrocardia chronica, remedia diuretica qua principalia sibi exposcit; *uti sunt Ononis*, *Juniperus*, *Scilla*, *Radix senegae*, *Digitalis*, *Calomel*, *Acqua Laurocerasi*, *Extractum Lactucae*, *Searicloe*; *Colchicum autumnale*, *Spiritus Salis Ammoniaci aquosus*, *Soda carbonica*, *cum aceto Squillae saturato*, *Vesicantia*, *cucurbitarum adplicatio ad pectus inun-*

ctiones cum unguento Authenrietii etc. haec remedia, regimina cetero congruente, etiamsi non medelam malo adferant, attamen optimam saepe efficiunt curam palliativam.

III. Aetiologia, Prognosis et Therapia nevrosium cordis.

Ad cardiopalmum dispositi sunt homines debiles habitu nervoso praediti, irritabiles, puellae chloroticae, foeminae hystericae, viri plethorici et etiam infantes helminthiasi laborantes. Causae quae cardiopalmum majoris gradus provocare valent, sunt saepissime animi pathemata excitantia et deprimentia, quae principem sibi hic vindicant locum, et non nosco graviora; quid memoro de gaudio et spe inopinata, quid dico de timore, de tristitia, quae in dispositis inevitabilem cardiopalmum producunt; hinc homines melancholici periodico laborant cardiopalmo. Huc quoque vitia organica cordis, anenrysmata, ossificationes, concretiones; polypi etc. numeranda sunt.

Prognosis in cardiopalmo, ex malis mechanicis exorto, tristis est, in foeminis vero hystericis, in puellis chloroticis, faustior statuenda.

Therapia jubet causam occasionalem auffere, morbum primarium sanare, vel, si hoc statim fieri nequeat, illius symptomata morbosa ad minimum mitigare oportet; hinc requiruntur, quies animi et corporis, remotio omnium stimulorum in systema vasorum; remedia antiphlogistica refrigerantia circulum exagitatum paccantia, nec non alvum leniter moventia. Nonnunquam Venaesectio aut hytudinum adplicatio, medici scopo respondet. *Calomel*, *Digitalis*, *Extractum Hyosciami cum emulsione amygdalina. Elixir acidi Halleri cum syrupo grato*, a practicis quam maxime

laudantur. *Venaesectiones plerumque* adhibentur si vitium organicum in causa mali est. Situs horizontalis vel ad dextrum latus, sub insultu non negligendus. Ab aliis uti ab Frank, Reil, et Kreisig lotiones frigidae in sinistro latere laudantur.

IV. Aetiologia, Prognosis et Therapia morborum cordis organicorum.

Morborum organicorum causas, occasionales adlaturus, non alias invenio, nisi eas quae jam sub titulo *morborum dynamicorum* saepe saepinsque recensui, exceptis vulneribus, quae propriis ansis gravioribus originem debent e. g. *armis ignivomis*; haec autem iterum prognosim tristissimam admittunt, et therapiam sibi exposcunt, quae symptomatibus eminentibus quadrabit. Mala organica cordis sicuti aneurysma, atriorum, et vasorum magnorum dilatatio, earundem partium concretio, induratio, mollities, ossificatio, ruptura et polypi quae omnia mala etiam ex causis mere dynamicis oriri possunt, sicuti celeb. Nnb. a *Raimann*, *Kreysig*, *Testa*, aliique ingeniosi practici in pluribus casibus observabant. Plerumque inflammationes chronicae, saepe neglectae, in causa sunt, quae futuram praeparant destructionem organi nobilissimi. Prognosis in omnibus malis organicis cordis ex hac ratione semper arctissimis limitibus circumscribenda est, nam malum organicum unum facillime in alterum transit, sic ex dilatatione concretio fit, ex hac induratio, et ex ista polypus evolvitur; talibus autem sub conditionibus rerum, ex parte medici cura nulla alia nisi palliativa adplicanda erit. Hinc aeger in lecto retinendus, singuli insultus remediis partim antiphlogisticis, partim sedantibus circulum paccantibus

912

curandi sunt; landatur praeterea *Rad. Graminis, Tarxaci, Cremor tart., Carb. Mag. Opium, Hyosciamus, Digitalis, Aqua Laurocerasi* etc.; in dilatatione vero et praevalente massa sanguinis, venaesectiones larga manu institutae quadrant in medici finem. Dantur casus ubi aegri vitio organico cordis vexati, sicuti polypo, incipiente induratione etc. cura magis diaethica vita in diem procrastinatur; hinc *labores et motus corporis*, quibus circulatio incitatur, accelleratur, congestiones provocantur; semper vitanda veniunt; *animi motus deprimentes* vero, quorum summus uti dixi, influxus in hoc organon est, quam maxime fugiendi sunt. *Victus quantitate aut qualitate peccans*, circulo incitando, febrim praesentem magis incendat, hinc sit facile digestu, vegetabilis animali praeferendus, nunquam quantitate magna; potus sit diluens aquosus, alvus plerumque tarda solicitanda per enemata simplicia aut cum pauxillo sale culinari et oleo, interne vero per remedia antiphlogistica solventia leniter evacuantia, uti sunt: *Rad. Gramm. Tarax. Pruna, Manna, Tamarindi, sales neutri.* Cum hoc regimine diaethetico et pharmaceutico regimen mentis et animi omni industria a medico instituendum sit qui semper reminiscatur sententiae immortalis *Ph. Car. Hartmann*, dilectissimi usque ad cineres venerandi professoris mei:

„Conditio morbi insanabilis non raro relativa est, et decrescit, qua medici ars et scientia increscunt.“

Literatura.

Albertini, de adfectionibus cordis. Venet. 1618.
Senac Traité de la structure du coeur, de son action et de ses maladies. Paris 1749.
Pursieri, Inst. med. pract. Vol. II.
Corvisart, sur les maladies et les lesions organiques du coeur, et des gros vaisseux P. Horeau. Paris 1806.
Testa. Ueber die Krankheiten des Herzens, Auszug aus dem Englischen von K. Sprengel. Halle 1813.
A. Burus. Von einigen der häufigsten und wichtigsten Herzkrankheiten. Lemgo 1813.
F. L. Kreysig. Die Krankheiten des Herzens systematisch bearbeitet u. s. w. 4 Theile. Berlin 1813 a. d. Englischen von Nasse 1814.
Laenuec, Traité de l'auscultation med. etc. Tom. II.
P. Frank. } In ihren praktischen Werken.
S. G. Vogel. } In ihren praktischen Werken.
C. Sprengel. } In ihren praktischen Werken.
B. de Stoark. Annus medicus Tom. 2.

914

THESES.

I.

Notio vitae sicuti mortis nos penitus latet.

II.

Natura est unica et aeterna harmonia.

III.

Influxus Cosmici morbos generare et auferre summopere valent.

IV.

Diagnosi non fundatae nulla therapia nisi mere empyriea superstrui potes.

V.

Aneurysma cordis morbum insanabilem sistit.

VI.

Emeticum in apopplexia remedium anceps manet.

VII.

Serum lactis in incipiente phtisi est remedium anceps.

VIII.

Non datur corticis peruviani surrogatum.

IX.

Fontes medicinae practicae neque sola experientia nec ratio esse potest.

X.

Medicum, qui foeminas curare studet multum scire, et agere oportet.

XI.

Non omne animi pathema morbum producit.

XII.

Lactatio lex naturae sanctissima est, ast non omni foeminae concedenda.

XIII.

Digestio respirationi opposita est.

XIV.

Collegia laureatos, experientia medicos creat.

XV.

Non dantur remedia prophilactica contra syphilidam.

Non scholae sed vitae discimus.